



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 21. Leves controversiæ inter quosdam Germaniæ Prœsules.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

cum sententia pronuntiabatur, vi cu Sæc. XVIII.  
 jus in ferali pegmate ante Urbis Præ- A. C. 1739.  
 torium erecto eidem dextera manus &  
 caput amputaretur, corpus vero infami  
 rotæ innecteretur; cum autem jam  
 prius aufugisset, hæc sententia in ejus  
 effigie executioni demandata est: Chaul-  
 latus autem præfatæ Urbis Consul capite  
 damnatus est, intercessit tamen ipsius  
 Episcopi clementia, qua non nisi ad per-  
 petuos carceres damnatus est, ceteri  
 vero seditionis rei aut suis officiis a-  
 moti, aut ad tempus custodiæ dati,  
 alii ad pecuniariam mulctam & repa-  
 randa damna per hos tumultus illata,  
 necnon ad solvendas litis expensas fuere  
 adstricti. Reddita igitur pace intestina  
 Broglius Comes cum suis copiis in Al-  
 satiam reversus est, relictis duntaxat  
 octoginta pyrobolariis, qui turbis fors  
 orituris tempestive obviarent.

### §. XXI.

#### *Leves controversiæ inter Germaniæ Præfules.*

Agitabatur hoc anno levis quædam  
 contentio inter Fridericum Caro-  
 lum Comitem de Schönborn Bamber-  
 gensem & Herbipolensem Principem  
 atque Episcopum & inter ejus Capitu-  
 lum Cathedrale Bambergense: occasio  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVI.* Ee illius

Sæc. XVIII. illius erat novum quoddam statutum  
A. C. 1739. vi cuius caustum, ut nullus, si per se

tentiam a Collegiali judicio pronuntia-  
tam se gravatum crederet, ad Catho-  
rale Capitulum, sed duntaxat ad au-  
licam Principis Curiam appellare pos-  
set. Hoc decreto Capitulum sua ju-  
lculenter infringi existimabat, si  
propterea suas querelas ad Imperial-  
Cæsareum Camerale Judicium detulit  
ubi tamen hac caussa maturius per-  
sata, Episcopus prævaluuit.

Sub idem tempus Armandus Gallo  
Cardinalis de Rohan Argentinensis  
Episcopus cum Joanne Baptista Abbat-  
percelebris Ord. S. Benedicti Etten-  
heimensis Monasterii in Brisgovia co-  
tendebat circa fori criminalis jurisdi-  
ctionem. Lis deferebatur utrinque ad  
Cæsareo-Aulicum Consilium, quod et-  
iam hac in re decretum promulgavit,  
quo recepto Abbas Viennam profectus  
est, ut immediate caussam suam ad  
ipsum Augustissimum Cæsaris solium  
devolveret. Verum ipse rei exitum pra-  
stolari haud potuit, quippe paulopel  
ibidem anno ætatis suæ sexagesima  
primo vitæ ac liti finem fecit.

Gravioris momenti erat controve-  
sia, quæ inter Joannem Franciscum  
Schenck de Stauffenberg Constantien-  
sem Episcopum & Abbatem San. Gal-  
len-

lensem intercesserat: Agebatur de præ-  
tensa hujus immunitate: Opponebat  
vero Episcopus concordata a Romana  
Sede jam dudum confirmata, vi quo-  
rum anno Domini millesimo sexcente-  
fimo duodecimo inter Cathedram Ec-  
clesiam, & illius ævi Abbatem solem-  
niter erat conventum, ut Episcopo om-  
nia Episcopalia jura, atque inter ea  
speciatim Ecclesiam & Abbatiam sancti  
Galli visitandi jus erat assertum: Huic  
igitur pacto inhærens Episcopus, hujus  
anni Mense Septembri Consiliarium  
Ecclesiasticum ablegat, qui ejus no-  
mine hanc Abbatiam visitaret: Hic au-  
tem objecto exemptionis jure deman-  
datum sibi munus exercere præpeditus,  
asperioribus quoque verbis repelleba-  
tur. Eapropter Episcopus pro injuria  
sibi suoque Legato illata satisfieri, ve-  
hementius postulabat, Abbas vero  
sui juris defensione nemini injuriam  
fuisse illatam opponebat, nec Episcopo  
hanc Ecclesiam visitandi jus esse, & si  
quid foret, per contrariam undecim  
sæculorum consuetudinem jam penitus  
esse abolitum, aliunde etiam arroga-  
tum hoc jus præclaris hujus Ecclesiæ  
privilegiis tempore hominum memo-  
riam excedente obtentis adversari: ac  
demum pactum, cui inniteretur Epi-  
scopus, intra centum & viginti sex an-

Sæc. XVIII.

A. C. 1739.

Ee 2

nos

Sæc XVIII. nos nunquam executioni fuisse datum  
A. C. 1739. imo nequidem adimpleri potuisse &c.

## §. XXII.

*Status Religionis Catholicae in remo-  
tioribus Regnis.*

Interim in Tiletano Regno Viri Apo-  
stolici ex Ordine PP. Capucinorum  
non minori animarum Zelo. quam fa-  
lutis proventu indefesse laborabant.  
quippe Evangelicæ hujus missis uber-  
tatem haud parum promovebat inter  
hos populos singularis *Mivagni* Ca-  
*Taischa* seu Regis benevolentia, qui  
hos Operarios, atque inter eos praeci-  
pue Patrem Franciscum Horazium della  
Penna hujus Missionis Superiorem ho-  
norabat; favebat eis insuper *Dala*  
*Lama* seu Magnus hujus gentis Sacer-  
dos, cuius affensu Rex decretum pro-  
mulgari jussit, vi cuius Missionariis in  
Lasta totius Regni Metropoli Evange-  
lium prædicandi libertas concessa, &  
ad finitima Regna *Battiam* & *Betga*  
aditus ipsis apertus est. Ubi tamen  
missis erat multa, deerant justo numero  
Operarii; eorum enim potissimi aut se-  
niori, aut calamitatum cumulo pene  
oppressi jamjam succubuerent: hoc au-  
tem anno Pater Recanati ejusdem Or-  
dinis cum novis duodecim Evangelii  
Præ-